Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



114

et uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem
hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem ihu
mater eius et soror matris eius maria cleope.
et maria magdalene. Cum igitur uidisset ihc ma
trem et discipulum quem diligebat. dicit matri suae.
Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit disci
pulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora. accepit
eam discipulus in sua. Postea sciens ihc. quia
iam omnia consummata sunt. ut consummaretur
scriptura dicit. Sitio. Vas igitur positum erat aceto
plenum. Illi autem spongiam aceto plenam ysopo
circumponentes. obtulerunt ori eius. Cum
igitur accepisset ihc acetum dixit. Consummatum est.
Et inclinato capite. tradidit spm. Iudei ergo
quoniam parasceue erat ut non remanerent in cru
ce corpa sabbato. erat enim magnus dies ille
sabbati. rogauerunt pylatum ut frangerentur
eorum crura et tollerentur. Venerunt igitur milites.
et primum quidem fregerunt crura. et alterius
qui crucifixus est cum eo. adihm autem cum
uenissent ut uiderunt eum iam mortuum